

Dissertatio Iuridica Inaugvralis, Exhibens, Nonnulla Generalia, De Poenis

Rostochii: Typis Iohannis Iacobi Adleri, [1759]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002515203>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 2.Aug.1759
Mantzel, Ern. Joh. Frid.

1a



DISSERTATIO IVRIDICA INAUGVRALIS, 47

EXHIBENS,

NONNVLLA GENERALIA,

DE

P O E N I S :

QVAM,

DEO ADIVVANTE,

IN ACADEMIA PATRIA,

AD DATAM AB AMPLISSIMO IURECONSULTORVM

ORDINE LICENTIAM,

PRAESIDE,

DN. ERN. IOH. FRIED. Mankeln,

SERENISS. DVCIS REGN. CONSILIARIO,

ET PANDECTARVM PROF. ORD. TOTIVS ACADEMIAE

ET FACVLT. IVR. SENIORE, AC AD HVNC

ACTVM DECANO,

STVDIORVM SVORVM PROMOTORE HONORATISSIMO

PRO SVMMIS

IN VTROQUE IVRE HONORIBVS RITE

IMPETRANDIS,

ANNO MDCCLIX, DIE 2. AVGVSTI,

H. L. Q. C.

DEFENDET,

FRIEDRICH GVSTAV WENDT,

ROSTOCH.

ROSTOCHII,

TIPYS IOHANNIS IACOBI ADLERI, SEREN. DVC. REGN. ET ACAD.

TYPOGRAPHI,

1759

DISSEPTATIO IVRIDICA INAVGVALLIS

EXHIBENS

NONVLLA GENERALIA

DE

POEINIS

QVAM

DEO ADVIVANTE

IN ACADEMIA PABRIA

AD DATAM AB AMPLISSIMO IURECONSULTORVM

ORDINE LICENTIAM

PRÆSIDI

DN. FRN. IOH. FRIED. MAURITII

SENTEISS. DVCIS REGN. CONSILIARII

ET PANDICTARVM PROR. ORD. TOTIVS ACADEMIAE

ET FACULT. IUR. SENIORIS, AC AD HANC

ACTVM DECANO

STVDIORVM SVORVM PROMOTORE HONORATISSIMO

PRO SYMMIS

IN VTROQVE IURE HONORIBVS RITE

IMPETRABIS

ANNO MDCCCLX DIE 2. AVGVSTI

M. D. C.

DE PABRIA

FRIEDRICH GVSTAV WENDT

ROSTOCK


ROSTOCKII

TIPVS IOHANNIS JACOBI ABELII, SENEN, DVCIS REGN. ET ACAD.

TYPOGRAPHVS



INTROITVS.



A die examinis saepe circumspexi, quod aliquando sit thema futurum, dissertationis inauguralis. Effluerunt, etiam ex causis publicis, anni, et quae interdum meditabar, displicebant post factas sciagraphias. Hoc pluribus vicibus mihi accidit. Ex schedis tandem opusculum, pro temporis brevirate, propter Amicos diem

A

pro-



promotionis communicantes, componendum fuit. Ius criminale mihi semper fuit inter primas studiorum partes; hinc et hac vice ex eo decerpam positiones meas. Crescunt, indies, ut ajunt, studia, et Ius criminale est inter labores novos et accessorios tot virorum solertissimorum atque celebrium. Probant idem multae disertationes, successivae, de delictis specialibus, item de modo procedendi; et cui non dicta sunt Systemata atque Compendia, longa serie ab Historiae Litterariae Iuridicae Scriptoribus annotata, *vid. praeter Struvio-Buderianas, Ienichianas, Starbianas aliorumque curas, Excell. Dn. EISENHART, in Instit. Hist. Iur. Litterariae Cap. 13. et 14.* ubi enarravit et illam, quam Constitutio Criminalis, sive Nemesis Carolina, naeta est Commentatorum cohortem, constantem, ex Remo, Vigelio, Zieritzio, Stephano, Mantzio, Blumlachero, Ottone, Clasenio, Ludovico, Beiero, Kressio et Medico Alberto. Addatur Froelich



lich von *Froelichsburg*. Videatur etiam *Excell. Dn. HOMMELII, Schola Juris litteraria P. 14. p. 13.* Ad noviora, in genere scripta refertur merito, anno 1756. prodiens, *Dn. Consil. Hassiaci, Illust. Regneri ENGELHARDI, Versuch eines allgemeinen peinlichen Rechts, aus den Grundsätzen der Weltweisheit und besonders des Rechts der Natur hergeleitet.* Allegabo et tractabo hoc scriptum inferius, commodis locis. Fui aliquando in eadem scribendi via, *vid. Epistola Dn. PRAESIDIS post disp. a me, anno 1754. habitam, de gradibus homicidii*: sed re, postea, penitius perpensa, consilium mutavi, hoc principio potissimum motus; quia Ius Naturae minime poenas determinat, sed dicit solummodo, delinquentes esse puniendos; resolutionem vero quaestionis; quomodo hoc fieri debeat? solo arbitrio imperantis, omnia secundum reipublicae circumstantias dimetientis, relinquit. Novissimum, quantum novi, est elegans opus, *Dn. Pierre François M V-*



YART, quod editum anno 1758, Lutet. Paris.
 sub Tit. *Institutes au Droit criminell, cum ac-*
cessione ; s. r. Traité particulier des Crimes.
 Placuit mihi singulariter classificatio criminum
 et delictorum, secundum eorum genera. Vult
 legi et conspectus distincte datus est, in *denen*
Hamburgischen freien Urtheilen und Nachrichten,
sub d. 5. Decembr. 1758. Sed ad rem, Benevo-
 lus Lector, in his paginis inauguralibus, a me
 tantum nonnulla generalia de poenis habet ex-
 pectanda. Quam vellem mediocriter place-
 rent eidem sequentia, quae sunt, pro tempore,
 brevissima, qua assertiones, juxta rubrum, al-
 gatis quibusdam scriptis concernentibus,



TRA-



TRACTATIO.

§. I.

Omnium generalium generalissimum merito est, genuinus conceptus poenarum. Hinc, praesupposita aeterna veritate, quod actiones malae, sint oppositum bonarum, et quod malitiis hominum non fit indulgendum, sufficit universo, absque novis verborum involucribus, descriptio, *magni H. GROTII*, data, in *I. B. et P. L. 2. C. 20. §. I.* Ita autem Vir ille primicerius et Dux Scriptorum Iuris Naturae et Gentium, cujus intestina basilica nostra Mariana servat: *Est autem poena, in significato generali, malum passionis, quod infligitur ob malum actionis.* Qui hanc definitionem taxare tentarunt, nihil novi praestiterunt, in verbis, ad idem tendentibus. Ipse magnus Hugo, cujus libri dicti saepe prodierunt, *vid. edit. Amstelod. de 1651.* ante obitum, annotavit, ex Procopio, quod poena sit primum justitiae documentum. Recte! malis enim parcens, bonis nocet, et indulgentia nimia probat status corruptionem. Flebilis est in Historia Israelitarum passus: *Zu der Zeit war kein König, (i. e. caput) in Israel, und ein jeder that, was ihm recht dauchte; vid. Iudic. 21. v. 15.* Praestat, uti fuit in Symbolo Ducis Pomerani Bogislai VI. civitatem ranis, quam malis civibus inhabitari.

§. II.

Alter Grotius, uti merito vocandus, *Sam. L. B. de PVFENDORFF*, in *illustri opere, de I. N. et G. Lib. 8. Cap. 3. §. 4.* retinuit Antecessoris ipsissima, praeterquam quod



quod loco vocis *ob* posuerit *ad*; quare quaeso? Addidit autem in continenti, aliam suae enucleationi inservituram, et quidem hanc descriptionem; *Malum aliquod molestum, quod per modum coactionis, et pro imperio, alicui, intuitu antegressi delicti, imponitur.* Sed istam definitionem, ut superfluum, considerandam esse cuilibet patebit; quid enim sibi vult malum molestum? quodlibet malum jam involvit aliquod molestum; inde character molestiae, istam ingrediens definitionem, merito ut superfluum est considerandus. Non ignoro tamen, definitionem superfluum, quae talis est, vel ratione cognitionis symbolicae, vel ratione notionis, propterea non esse vitiosam.

§. III.

Supra laudatus *Dr. ENGELHARD Cap. 3 §. II6.* ita, in vernacula definit: *Eine Strafe heisset dasjenige natürliche Uebel, welches einem, wegen eines gethanen sittlichen Uebels, von demjenigen zugefüget wird, welcher das Recht hat, einen zu verbinden.* Absolute nolo, cum hoc viro, disputare; hinc, abstineo ab examine characterum, definitionem istam ingredientium. Secutus est *L. B. de WOLFF, vid. ej. Grundsätze des Natur- und Völkerverrechts, § 39.* Legendus est ulterius, scribens, *daß, aus bösen Handlungen, auch an und für sich, böses zu erfolgen pflege. Vid. id. WOLFFIUS in der Moral, n. 37.* Dedit exempla, *daß dem, der sich sehr betruncken, des andern Tages der Kopf wehe thue: daß ein Verschwen- der in Armuth komme, u. d.* Laudamus *ENGELHARDUM*, ita pergentem: *Ein solches Uebel, das aus den bösen Handlungen, an und für sich, erfolget, wird eine natu-*



natürliche Strafe genannt. Addimus, mala actionum, etiam comprehendere sive consistere posse in omissione.

§. IV.

Omnis poena requirit punientem. Infra Deum, qui Dominus est dominantium, respicienda est potestas summi Imperii, in vitam ac bona civium, ex causa delicti. Ita inscriptum est *Caput. III. Puffend. l. c.* Par in parem non habet Imperium; id, quod ira intelligimus, quamdiu nempe homines in statu manent naturali, qui est status pacis; existente vero statu belli; tunc par in parem imperium acquirere potest, et quidem per juris expletionem, nempe ex eo principio: Ius ad finem, dat Ius ad media sufficientia; ex eo principio etiam alter acquirit Ius puniendi alterum; ex eodem porro principio genuino moderamen inculpatæ tutelæ defendi debet. Quemlibet enim, ad mala, sibi sine jure vel jam illata, vel adhuc imminencia, removenda, obligatum esse, nos docent, principia juris naturalis sana. Ex obligatione oritur Ius; ex jure vero hoc vel illud agendi; justitia hujus vel illius actionis. Ex hisce principiis, justitiam m. i. t. recte defendi, ac defendi posse, nullus dubito.

An quis semet ipsum queat punire, quaestio est facile resolvenda, modo distinxerimus probe. Potest enim et debet quilibet sibi subtrahere alimenta et occasiones malorum. Cogitetur de lejuniis, item de aliis inter nos rarioribus. In phrasibus est, *casteyen*; item *seinem Leibe wehe thun*. Sed falx forte pererrat alienas messes, unde manum detrahimus, manentes in ea assertione,
B quod



quod nemo fit vitae et membrorum suorum dominus. Vid. multi, juxta historiam litterariam, ex quibus tantum allegare placet, *Excell. Dn. STREKERVM*, nempe, *qua diss. de iure vitae et necis in se ipsum, hab. Erf. 1755.* cui non ubique subscribimus. Procul sit a nostris principiis, Stoicus propicida, cum omnibus authochiriae defensoribus. Qui enim ex jure aeterno dixit: *du solt nicht tödten*; ille etiam dixit: *du solt dich selbst nicht tödten.* Vid. *ex novissimis, I. C. HEINEN sched. de autocheiria, in quovis, etiam collisionis casu, illicita, Jen. 1759.*

§. V.

Nunc ad distinctiones nonnullas devenire liceat, quia omnino ad generalia poenarum spectant. Praesupponitur, actiones irregulares distingui, in peccata, vitia, delicta et crimina, *vid. ENGAV, in element. iur. crim. §. 14.* Sed ille campus est nimis late patens, praesertim si et subdivisionum rationem habere vellemus. Definitio infamiae facti, ex jure Romano, placet, vi cuius vocatur, macula existimationis, apud graves viros. Varia igitur sunt tribunalia. Nostra conscientia applicat cauteria, et honesti viri puniunt, detestatione et impedimentis, qua omnis generis consortia. Olim magis severe hoc tribunal agebat. Habebat tamen ejusmodi tribunal et suos naevos, qui vero ex abusu provenerunt. Character autem honesti viri fit indeletus et puniantur excessus, *derer sogenannten honnethommes.*

§. VI.

Apud gentes nonnullas, senioribus, propinquis et cognatis magna fuit facultas, taxandi atque corrigendi
junio-



juniores atque eos, qui erant de familia. *Evolv. Valer. Maxim. Lib. 15. C. 8. §. 2. Seneca de Clem. Lib. 5. C. 15. addatur l. un. C. de emend. propinq. item c. 36. C. 23. qu. 5. in quo autem magis de fraterna correctione, qualem omnis amicus in amicum prudenter exercere potest, quam de specie, vel de gradu poenae agitur. Legatur Augustin. epist. 61. ad Aurelium. De excommunicatione, exclusione, et de processu ex dicto biblico: Sündiget dein Bruder an dir, , , ad usque: so halte ihn als einen Heyden und Zöllner, non placet amplius differere, quam quod distinguenda sint tempora. Audiatur Apostolus, qua verba: Ist denn niemand unter euch, der da richte, zwischen Bruder und Bruder. De Episcopali Audientia et de denuntiatione evangelica, videantur Iuris ecclesiastici Doctores, sigillatim, THOMASIVS, de *Vsu practico, denuntiatioms evangelicae, Halae 1712.* item Scriptores, de Poenitentia ecclesiastica, vulgo von der Kirchen: *Busse*, KNORR, BODINVS, *aliique.* Tandem fugitive allegamus GROTIUM, *Lib. II. de J. B. et P. cap. 22. §. 3.* docentem, in statu naturali, illum, qui male egisset, hoc ipso se quovis alio inferiorem fecisse, et cuique, qui in simili delicto non versatur, comperiisse potestatem, poenas de eo sumendi. Laus sit D. T. O. M. quod vivamus in Republica; ejusmodi enim philosophia non est sine periculo. Vnde etiam mascule hoc loco Grotio contradicit, PUFFENDORF *Lib. 8. J. N. et G. Cap. 3 §. 7.* Notentur porro ejusdem verba in §. 6. et 10. *Hominem ab homine poenas sumere non est iniquum: An quilibet quemlibet castigare possit? Quatenus privati possint poenam exequi.* Quod autem in media Republica possit inter duos occurrere status naturalis,*



lis, eleganter docuit GLAFEY, im Vernunft- und Völk-
cher Recht, Cap. 5. §. 41.

§. VII.

Proprie sic dicendae poenae varias habent classes. Sunt enim I) vel *Juris divini positivi universalis*, vel *Juris positivi particularis*, sive *divini s. humani*. Nolumus congre-
di, cum iis, qui juri divino positivo universali faciunt status quaestionem. Vnicus casus, de poena Homicidii, circa quem se singulariter pinxit *Dn. Michaelis*, volumen scribere daret. Nos manebimus in receptiori doctrina. Qui hoc loco historiam litterariam scrutatur, bibliothecam amplam offendet. De dictandis in foro soli poenis, sermonem nobis esse, est in claris, salva poena in foro poli.

§. VIII.

Poenae sunt II) vel *ordinariae*, vel *extraordinariae*. Voces forent obscurae, nisi Practicus sciret, ordinarias esse eas quas leges determinarunt, v. g. in homicidio, gladium; in furto, laqueum; extraordinarias autem optime explicari posse, per eas, quarum determinatio judicium arbitrio est relicta; unde et arbitrariae vocari solent. Quoniam enim a fure ad laqueum non statim valet consequentia, satis habetur, ita se explicasse. Cogitur tamen simul de exasperationibus, quas in sensu vocis, ad poenas extraordinarias referendas esse patet. ENGAV usus fuit distinctione, inter poenas simplices et qualificatas. Sit cuilibet liber sensus. Notetur pariter poena indignationis, de qua *I. H. Mylius* scripsit *Lips.*

1741.



1741. *spec. diff.* Saepissime in sola reprehensione ver-
bali, in scriptis tamen decretis atque sententiis expressa,
bey einem Verweiss, solent subsistere Principes atque Iu-
dices. Legi meretur B. de LEYSER *Dffert. de Poenis*
Ministrorum principis delinquentium, hab. Wutemb. 1735.
qui in ea, singulare poenae genus allegat, in eo confi-
stens, quando Princeps vultu, gestibus, averfando, ter-
gumando, mutatione pristinae familiaritatis, offensam
animi significat. An poena mortis sit die grösste, unter
allen, ut statuit Dn. ENGELHARD, §. 143. 148. 155.
suo loco relinquimus.

§. IX.

Poenae sunt III) vel *capitales*, vel non-*capitales*.
Caput autem est duplex; naturale et civile. Vnde, a
quibusdam DD. adhibetur distinctio, inter *poenas capi-
tales* et *poenas capitis*; priores eas appellant, quae vitam
civilem, tollunt; posteriores vero, quae vitam physi-
cam adimunt; id quod fieri potest vel in totum, vel
quoad partem. Species poenarum ultimarum recensere,
excedit praesentem sphaeram et species arbitrariarum
sunt plane innumerae. Deo sit laus, quod inter Chri-
stianos variae tyrannicae poenae mortis, sint, pariter ac
multae absurdae arbitrariae, abrogatae. Quae passim
superfunt, abrogationem merentes, commendamus sum-
mis Legislatoribus. Omnia habet, qui volvit et perlu-
strat operosissimum laborem DOEPLERI s. t. *Thea-
trum poenarum* s. in vernacula; *Schauplatz der Leibes-
und Lebens-Straffen*, in Tomis II. addatur, ENGEL-
HARD, l. c. §. 125. sqq. Leg. e. g. WINCKLER de
B 3 Tup.



Supplicio plumbatarum Lips. 1744. Illust. Dn. DREYER, de poena defossionis vivi et pali, 1752.

§. X.

Poenae porro sunt tales, quae IV.) vel cum morte sunt finitae; vel post mortem adhuc durant; videantur pendentes in patibulis, jacentes in rotis. Cogitetur, in genere, de sepultura inhonesta, imo asinina atque canina; de damnatione memoriae, erectione statuarum ignominiosarum. An Confiscatio bonorum huc queat referri, item fractio insignium dubito, *vid. spec. diss. Fichtneriana, Alt. 702.* Non confundendae autem poenae post mortem durantes, cum executionibus in cadavera excercendis, *vid. ENGELHARD §. 206. leg. HOEN, de Cadaveribus punitorum, et maxime noster olim KLEINIUS in diss. de executione in cadavere delinquentis, quae est XXIV. in collectione.* De executionibus in effigie non est locus dicendi, nisi placeret jam allatis distinctionibus poenarum, novam addere distinctionem inter poenas praesentibus et absentibus irrogandas, *vid. Coccejus, Fromman alique.* Qua Anatomiam, quae in cadavera excercetur, etiam non suspensorum, fiat problema, an nempe sit species poenae, post mortem. *Vid. Consult. noster Dn. STVRM, in spec. sched. erudito et SCHWENDENDÖRFFER, in diss. quod Anatomia medicorum sit de jure divino et humano licita. Add. DD. ad tit. ff. spec. speciatim WILLENBERG, de poena post mortem durante, et Ill. Dn. ab AEMINGA de jure Sepult.*

§. XI.

Poenae sunt porro vel tales V.) quae tantum cohaerent Autoribus delictorum, eorumque ossibus inhaerent; vel tales



tales quae etiam ad alios transeunt; hinc vel ad eos qui sunt haeredes Autoris delicti et de illius familia; vel ad eos qui non pertinent ad Autoris delicti familiam. Remitto Lectores, quoad hanc poenarum distinctionem, ad *Tu. ff. et C. ad L. lul. Majest.* item ad DD. et Commentatores. Ex jure feudali, de effectibus feloniae, hoc loco differere non vacat. *Leg. III. Dn. NETTELBLADT diff. de effectu feloniae vasallis, quoad successores legitimos innocentes, Halae 1757.*

§. XII.

Poenae sunt VI.) vel *simplices*, vel *plures simul*; sive, quod idem, *compositae*. Invitat, ad hanc distinctionem *Dn. ENGELHARD, §. IIC.* qui legatur, ad exempla posteriorum referens, die *Beraubung eines Gutes des Leibes, und auch des Glücks; oder zweier Glücksgüter, von verschiedener Art.* So wird z. E. det *Staubbesen mit der Landes-Verweisung; die Slaverey mit einer gewissen Arbeit gemeiniglich verbunden.*

§. XIII.

Distinctio poenarum, secundum *ENGAV. VII.) in compatibles et non compatibles*, est, nullius momenti; liceat melioris cognitionis causae, descriptionem Viri illius beati ex illius praelectionibus, et quidem ipsis-
 simis verbis allegare, dicentis; *die ersteren sind, welche beysammen stehen können; letztere aber bey welchen dieses nicht angehet.* Illa autem distinctio, in VIII.) *communes et proprias*, nequit abesse, propter diversos ordines hominum in republica viventium. Vid. *ENGEL-*

HARD,



HARD, §. 160. Hingegen giebt es auch Strafen, womit nur Leute, von einem gewissen Stande, beleget werden können. So ist z. E. das Todtschiessen eine besondere, oder eigene Lebensstrafe; daß Gassenlaufen oder die Spießruthen aber eine besondere Leibesstrafe, derer Kriegsleute. Habemus tamen et exempla prioris in non-militibus. Daß Bordwerfen, unter dem Schiffe durchziehen, (Rehlholen) bey den Schiffsleuten zur See. Parum abest, quin, hoc loco, de feloniam aliquid differerem; sed impediatur, et pariter de poenis ecclesiasticis et academicis filere debeo.

§. XIV.

Quaedam poenae consumunt,

a) et vitam et famam:

β) Vitam, non famam:

γ) Famam, non vitam:

quaedam δ) Famam sugillant;

quaedam ε) Famam nequidem sugillant.

§. XV.

Finis poenarum, est triplex 1.) emendatio delinquentis; *vid.* ENGELHARD, von bessernden und warnenden Strafen, §. 181. 2.) Satisfactio laesi 3.) exempli praestatio, ad terrorem aliis injiciendum, quo a delictis absteineant; hinc in omnium securitatem. Singulos late persecutus est PVFENDORFF *l. c.* §. 9. II. et 12. Leg. GROTIUS *l. c.* §. 13. sub rubro: *Rejiciuntur imperfectae*



fectae poenarum divisiones. Seneca, de clementia Lib. I. c. 21, ita, more suo, differit: In vindicandis injuriis haec tria lex secuta est, quae princeps quoque sequi debet: ut aut eum, quem punit, emendet, aut ut poena ejus caeteros meliores reddat, aut, ut sublatis malis, securiores caeteri vivant. Leg. cum WOLFFIO eleganter differens, im 4ten Hauptstück, von Bestrafung der Verbrechen insgemein, Dn. ENGELHARD.

§. XVI.

Omnes poenae, arbitrariae et non capitales, quia sunt mala passionum, respiciunt incommoda; vel, qua I.) existimationem 2.) opes et 3.) vivendi commoditatem; hinc b. ENGAU eas distinxit in famosas, libertati noxias et pecuniarias. Inde videat Iudex decernens, quid in concreto quadret, tam in quantitate, quam in qualitate. Arbitrium judicis enim est facultas, judici competens, id, quod leges indeterminate reliquerunt, ex obviis circumstantiis, rite, secundum legum limites dijudicandi ac decidendi. Dantur varia, quae determinate nec dici nec scribi possunt. Ipse Imperator Carolus in comitiis debuit toties se expedire verbis: nach Rath derer Rechtsgelehrten; quae verba passim et in exemplis sunt involuta tersissimis periodis. Puniatur e. g. phlegmaticus dives, qui non est avarus simul; pauperculus rusticus, cui haustus aquae est nectar et stricte sic dictus panis mensa ordinaria. Verba GROTHII sunt incomparabilia d. I. §. 33. Poenae autem magnitudo, non tantum nude spectatur, sed etiam cum respectu ad patientem. Nam multa eadem pauperem onerabit, divitem non onerabit: et vili ignominia leve erit malum;

C

malum;



malum; honorato grave: quo genere diversitatis saepe utitur lex romana, unde harmonicam proportionem extruxit Bodinus Lib. 6. de rep. Habeant Iudices criminales, Assesores, qui in quibusdam terris vocantur Schöppen, ab hauriendo sive eruendo ita dicti; unde phrasis: ein Urtheil schöpfen. Adeant, prouti et necessitas legalis saepe imponit, ICTos, maxime in Collegiis confidentes, et petant informationem atque consilia. Haud negligant, in examine, personalia et personalissima, quot possunt haberi. Proh! quanti defectus palpantur saepe, et quidem nonnunquam tales, quae conditionata extorquent responsa.

§. XVII.

Tribus: Iudicem criminalem oportet esse, Virum pium, probum, indefessum, prudentem, moratissimum, non excandescens, jurisperitum, sagacem et quae rel. Debet tenere legem *observandum*, quae est 19. ff. de Offic. Praesid. quaeque meretur sexcenties legi, etiam qua verba: in cognoscendo, neque excandescere, adversus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum illacrymari oportet: id enim non est constantis et recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit. Et summatim ita jus reddi debet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat. Maxime caveat sibi Iudex, a misericordia intempestiva et violatione juris aggratiandi, in quam arbitrantes facile incidunt, sive per arrogantiam, sive per nimiam lenitatem. Leg. RHETII diff. de Misericordia intempestiva; item Dn. PRAESIDIS diff. de Limitibus Iustitiae, Aequitatis, Iuris aggratiandi et Arbitrii Iudicis.

§. XVIII.



§. XVIII.
 Superfunt sane varia, ad generalia poenarum referenda; sed ea per simplices assertiones, expediri possunt, cum remissione ad unum vel alterum librum et libellum, cum aliqua passim epicrisi in gratiam cathedrae. B. L. accipiat sequentia, amica fronte. Poenae debent esse proportionatae: hoc facile in thesi dicitur; applicatio est vero admodum difficilis. Accipiat meam hac de propositione sententiam. Triplicem admittere potest sensum haec propositio; 1.) Imperans, ejusmodi poenam cum hoc vel illo delicto combinare debet, quae, summo moralitatis gradu hujus vel illius delicti, responderet; 2.) Imperans, eam, cum delicto connectere debet poenam, quae delictum illud, (quod in commissione vel in omissione consistere potest) in relatione ad scopum civitatis, scil. securitatis sive tranquillitatis, consideratum meretur; inde, quo magis delictum aliquod, securitatem reipublicae turbat; eo gravior poena, in illud est constituenda; et ita ex opposito. Imperans itaque $\tau\delta$ magis et minus, in poenis constituendis, ante oculos habere debet. En rationem, cur poenae interdum admodum differant; et differre debent; e. g. poena stupri et poena furti. Et denique 3.) Iudex sententians, ex obvii delicti circumstantiis, dijudicare debet; an adsit summus ille moralitatis gradus, nec ne; hinc, an obvium delictum, meruerit poenam, in illud constitutam, nec ne; quo proportio, inter poenam constitutam, infligendam, et delictum, servetur. Proportio illa, quomodo sit observanda? hoc ex obviis circumstantiis criminis cujusdam dijudicari debet; circumstantiae illae ostendunt, an obvio in casu ullus moralita-



ralitatis gradus adfit? nec ne. Si prius; tunc ex iis, quantitas moralitatis erui ac determinari debet; determinatio ea instituenda est, secundum diversos gradus moralitatis; nunc inveniuntur in jure, in genere, tres, et certo respectu, etiam quatuor gradus; nempe, culpam levissimam, levem et dolum, qui summum moralitatis gradum constituit; culpa lata, quae summam continet negligentiam, constituit quartum gradum; quia vero interdum dolo aequiparatur, en rationem cur regulariter tres modo dantur gradus moralitatis. Hos diversos gradus sive respectus esse normam, a iudice in judicando bene observandam, arbitror. Iudicet B. L. an recte an male cogitaverim. Alias species, ut improvidentiam, incogitantiam, incuriam, et quae sunt reliquae non attingi, quia ex antecedentibus facile possunt dijudicari, et hoc pro temporis et loci ratione nimis prolixum foret. Consideretur modo; incuriam, improvidentiam, etc. esse species culpa, hinc culpa, genus; culpam vero esse speciem negligentiae; inde negligentiam esse genus horum omnium. Ad hibeatur regula Logices; vi cujus a genere ad speciem consequentia valet determinate. Legatur vero in specie *Excell. ac Illust. DARJES, in solido suo opere Jur. Nat. et Gent. §. 188. sqq. Praeceptoris olim mei, quem in aeternum devenerari sanctum semper mihi manebit eritque officium. Legantur quoque, VOGTII diss. Kil. de arduo judicantium officio: Gen. Dn. de BALTHASAR, impressum Gryphicum; de qualitatibus boni iudicis: TRIER diss. Francof. de Proportionione poenarum, ex anno 1734. item MOEGLINGI Tubing. eod. anno.*



§. XIX.

Fatigant se Doctores, enodando distinctionem justitiae, in commutativam et distributivam, hincque proportionem arithmeticam ac geometricam. Formant quaestionem, ad quam speciem, poena sit referenda, vid. B. SCHOEFFERI *Synopsis Pand. iii. de J. et J. n. 39.* Invehunt distinctionem poenarum, in uniformes et arbitrarias. Sed manet, ut Schoepferus scribit, nodus gordius in speculationibus; in praxi enim non opus est adeo gladio Alexandrino periculoso, sed judex doctus atque cordatus scit tribuere suum cuique, idque praestat in Dei timore meditans. Legatur e. g. GASSERI *diss. Hal. ex anno 1739. de periculosa homicidii poena; adda. Dn. Praesidis diss. de respectu personarum in foro criminali.* PUFENDORFF putavit, in *Elem. jurispr. univ. def. 17. §. 4.* qui liber est primus ejusdem inter omnes et specimen philosophans, ex quo nata ipsi sunt omnia sequentia, tristitia atque illustria fata; juvari posse quaestionem, per tertiam justitiae speciem *vindicativae* nimirum. Sed nihil effecit haec philosophia, quoniam ubique recurrit quaestio, quomodo procedat vindicativa illa justitia. Casus erunt proponendi.

§. XX.

Remittimus ad superiora, ubi Viros illos acutos, Grotium et Bodinum, audivimus. Vid. etiam *Compendia b. ENGAVII, BÖHMERS, KEMMERICHII*, ut et aliorum. Dn. ENGELHARD §. 173, recte urget delictorum gradus; de personis respiciendis agit §. 207. ad marginale;



ginale: Umstände des leidenden sind zu betrachten. Dimicandum est saepe, cum viris, pro suo genio, maxime dissentientibus, qua poenas furum. Dicunt, es sey keine Proportion, zwischen den zeitlichen Gütern und dem Leben des Menschen. Sed, pace eorum: An poena quaedam, sit nimis dura, hinc, quod ex eorum mente, proportio non sit observata; minime semper adjudicari debet ex quantitate sive magnitudine mali passionis, sed ex malo actionis; poena enim est tantum effectus; delictum vero causa; qualis causa, talis est et effectus. In furto duplex semper latitat laesio; 1) turbatio securitatis publicae; 2) ablatio rerum. Haesitantes tandem nonnulli objicere solent. Gott habe doch nicht die Strafe des Todes über die Diebe gesetzt? sed quaenam consequentia? (vid. pluribus §. 18.) *De rigore poenarum militarium* vid. DÜSSELDORF. FRANCKENSTEIN, *de temperando rigore poenarum militarium*, Lipsiae 1709. STEIN von Ehrenstraffen der Soldaten.

§. XXI.

Leguntur saepe, in sanctionibus poenalibus, verba: Mit schwerer Leibes- auch nach Befinden Lebens-Strafe. Nolumus commentari. Interdum decrescunt delicta, per severiores leges, rarefacta. An autem dato eo rariori casu, etiam detur regula practica: Decrescentibus decrescant et poenae; alia est quaestio. Abrogare legem duram, dissuadendum est: Aggratationis clausulam suadeo, et defensor ex illa regula non sine omni fructu laborabit. Not. REINHART. *Diss. hab. Erfordiae anno 1734 de*
Causis



Causis, ob quas Iudex potestatem mitigandi poenas sibi falso arrogat. Item STRECKER, *de Potestate judicis, et causis mitigandi poenas Erford.* 1733. WILLENBERG *diff. Danisc.* de anno 1725. *de observanda lenitate, in poenis irrogandis*, quae posterior *diff.* nihil habet pro iudice, quoties virtus regulae illius imminet: iudex durior et mitior legibus esse nequit. Caveat sibi iudex, ne sententia sua in gratia quadam sit fundata. Respiciatur Autor legis vel statuti. Sed impedimur, et qua commutationes poenarum; si agatur de specie ultimi supplicii mutandi, obstamus iudici: Qua arbitrarias exspectare debemus casus. *Vid. CHLADENII diff. de arbitrio judicis, in commutandis poenis, Wittemb.* 1728. Sunt, qui putant; Facultates juridicas, sententias concipientes, posse commutare; sed, nisi ex novis defensionis momentis fiat, ego sententiae illi subscribere nolo. *Vid. Mantissa Illust. Dn. PRAESIDIS ad supra all. diff. de Limitibus justitiae etc.* ubi leguntur, quae cum grano falis hodie sunt accipienda,

§. XXII.

Nullum offendet, si paululum retromeditamur ad regulam, crescentibus etc. Placet enim excerpere editum Sereniss. Patriae Patris CHRISTIANI LUDOVICI, *gl. mem.* de die 14. Aprilis anni 1750. Prooemium est fundatum in illa regula verbis expressa, cum indignatione enim, exferitur comminatio super inobedientiam, *derer muthwilligen Holz: Broger.* In Textu Ipsius sanctionis ita legitur; *So will es jedoch das Ansehen gewinnen, als wolte, durch die ordinairen und gewohn-*



wohnen Züchtigungen, dieses ganz außerordentliche, und für Unserer Forst, höchstverderbliche Holzstehlen und Brogen nimmermehr gehoben werden. Wir sind daher aus Landesfürstlicher zu höchstnuntbehrlicher Conservation, der Wälder und zumahl des jungen Anwachses, abzielender Vorsorge bewogen worden, ernsthaftere und zwecksfüglige Vorkehrungen zu machen. Segen also und wollen, nachdrücklichst etc. Sequuntur poenae ipsae crescentes, adusque ictus fustium numerosissimos, et tandem ad operas publicas Dömizenses.

§. XXIII.

De obligatione delinquentium, ad sustinendas poenas, jure divino et humano praescriptas, edidit anno 1703. Lips. diss. inaug. M. Martin LANGE. Primi capituli assertiones, brevissime supra sunt comprehensae. Labet inserere definitionem Langianam: est juris vinculum (obligatio scil. illa, quae est in rubro) delinquentem, ut poenas, ab imperante rite exigendas, aequo animo ac lubens excipiat, obstringens. Vid. §. 5. ibique all. l. f. C. de leg. l. 13. de offic. Praes. Formavit hinc §. II. quaestionem: Num poenam sibi illatam, vel inferendam teneatur voluntarie, an possit invitius excipere? Affirm. prius, et absolvitur verbis: Quamobrem Theologos nostros, delinquentes, ad mortem condemnatos, in executionis actibus, strenue adhortari videas, quo poenam, utut gravissimam, a magistratu impositam, aequo, patienti ac supplici animo suslineant perferantque. Multa pendent a vero conceptu inviti.

§. XXIV.



§. XXIV.

Maxime in cap. II. versatur *Langius* in quaestione; Num criminis, poenis humanis saltem subjacentibus, et Magistratui adhuc incogniti, reus, suum peccatum reticere possit, nec seipsum ulro deferre teneatur? vid. §. 4. ubi status controversiae ita formatus. Negative respondet Autor, ex allatis argumentis. Qua delicta nonnulla gravissima, homicidium, adulterium, incestum, sodomiam et blasphemiam fluctuat in sequentibus. Leg. GERDES, de jure revelat, et BOEHMER, de oblig, ad revel, occulta.

§. XXV.

Properantes ad finem, allegamus adhuc *diff. Schroeterianam*, ten. 1756. *habitam*, de sumendo supplicio, in loco, ubi crimen perpetratum ad l. 28. §. 15. de poen. Quod expediat, per argumenta §. 6. formata, concedimus, et placent verba, §. 12. nullum omnino locum aptiorem, ad sumendum supplicium, esse, loco, ubi delictum illud perpetratum. Sed quia fora delictorum sunt diversa, consilium hoc, non semper est practicabile. In causis rebellionum accepimus, delinquentes, ad districtum, ubi delictum commissum, fuisse remissos ibique punitos, quo terror aliis incuteretur, et exemplum praestaretur. In causis rebellionum ordinarie, excepto Autore principali, ii per sortem eliguntur, qui ultimis puniri debent. Quid autem de poenis, per fortitionem, statuendum? Respondet *Engelhard* §. 213. Uebrigens erscheinet die Billigkeit des Looses daraus, daß dadurch alle der Gefahr der Lebensstrafe unterworfen werden, und daher alle die Furcht des

D

des



des Todes empfinden müssen, da sie alle dieselbe verdienen, und es bloß auf das Glück ankommt, wer derselben entgehen möchte. Praesupponeret supra: daß vorausgesetzt wird, daß alle ein solches Verbrechen begangen haben, worauf das Leben stehet. *Vid. diss. Io. Fried. HARNVS BERGERI, Argent. 1684. hab. de Sortitione poenali bellica, quae adeo polita est, ut prae multis aliis mereretur recudi. Inspiciantur variorum Magnatum Kriegs-Articuls. Audiatur SENECA L. 2. de ira ita differens: In singulos severitas Imperatoris distringitur: at necessaria est venia, ubi totus deseruit exercitus. Quid alias, qua homicidia praesertim, juris, in casibus sociorum criminalium, expenditur, per distinctionem conspirationis aff. et neg. et per subdistinctionem prioris in antecedentem, concomitantem et consequentem. Legantur DD. ad tit. ff. de vi bon. rapt. et de turba. Item Criminalistae Comment. pariter ac speciales scriptores, COCCEJVS, alii.*

§. XXVI.


Opposita poenarum, sunt Gratia et Abolitio; vid. B. ENGAV *diss. de Abolitione, Ienae hab. 1754. An executio poenarum capitalium interrupta, sit iteranda? Duumviri illustres Gryphici Dn. de BALTHASAR et Dn. ab AEMINGA, inter se plane dissentientes, tractarunt, in dispp. ex annis 1748. et 1751. Diribitores esse nolumus. Distinguiamus tamen. Supereffent quidem varia, sed temporis ratio finem imponit, hinc concludo, cum vulgato illo:*

Oderunt peccare boni, virtutis amore:

Oderunt peccare mali, formidine poenae.

T A N T V M,

CO-



COROLLARIA.

1. **A**ctio spoliū sua natura est actio mixta.
2. Falsum est, omnem lapsum termini fatalis involvere laesionem.
3. Pacta, quae vulgo dicuntur *cartels*, superfluis sunt annumeranda.
4. Dantur servi ex lege, scil. bello capti.
5. Princeps, servorum bello captorum operam, non in sui solius, sed in totius reipublicae utilitatem veterere tenetur.
6. Poena dupli, adhuc hodie in furto parvo, locum habere possēt.



7. Retorsio injuriarum, est inepta legum permissio.
8. Falsum est, minorem, semper et ubivis contra lapsum termini fatalis, restituendum esse.
9. Qui ex propria negligentia, terminum fatalem elabi patiuntur, iis restitutione in integrum non succurritur.
10. An stuprum, cum foemina summe ebria aut alto sopore oppressa, item demente, commissum, violentum sit, meretur discussionem.
11. Verum est Stoicorum principium, quod omnia delicta sint aequalia.
12. Terminus primitivus, pro suo derivativo, universaliter substitui nequit.

CONSULTISSIMO
DOMINO
DOCTORANDO,

S. PL. D.

PRAESES,

Ergo, VIR CONSULTISSIME! voti mei composum factus, ejus nimirum, ut Te, qui anno 1753, de *creditoribus nonnullis, per leges & pacta, in concursu, magis vel minus securis*, &c, anno 1754, de *gradibus homicidii*, me Praeside, in Auditorio publico, docte disputabas, in cathedram comitarer inauguralem. Memorat mea, ad posteriorem, epistola solenniore occasionem et ita edifferit: *Spero, fore, ut aliquando accedat solennior tertia, scil. dissertatio.* Dimitto Te, ita pergebam, *cum voto felicitatis.* Faxit Deus, ut bene Tibi sit etiam alibi: *absolve iter litterarium faustissime: auge eruditionem ubique locorum & redi ad ea, quae Dei gloriam, splendidissimae Patriae & Familiae decus & proprium emolumentum poterunt amplificare.* Iudicet Benevolus Le-

D 3

ctor,


ctor, utrum vel unicum comma votorum, ante quinquennium fere suorum, manserit inexpletum. Deo fit laus & promoveat ille clementissime, quæ in ultimis scripsi verbis, de gloria æterni nominis, de ornamento patriæ & familiæ deque proprio emolumento. Nullus ego dubito, quoniam auxisti, in exteris Academiis, studia egregie. Veniant, audituri, Te, defendentem, dissertationem Tuam inauguralem, quam & ea-propter Tuam appello, quia non est mea; unde passim Tecum, et maxime in corollariis, non consentio. Ius terribile, sive criminale Tibi, VIR DOCTISSIME! semper arrisit maxime. Bene! est enim e re publica, semper dari dextros Criminalistas. Delicta non decrescunt, sed augentur & vel, ut senex, cui indies magis mundus displicet, erro, vel vera scribo. Ego multas centurias, ne quid latius efferam, sententiarum punientium & criminalium concepi, atque junctim promovi. Fiat justitia! quamvis non raro inciderit mihi, rotas, rogos, gladios, laqueos aliaque dictanti, illud Neronis, quem ego contra calumniam malitiosorum sui ævi scriptorum & contra injuriam psittacorum historicorum, toties defendi: *Quam vellem, nescire* (has) *litteras*. Pergam, donec me dimittat Divina voluntas: utar studiis in criminalia impensis & bibliotheca ad libros terribiles. Sæculum hoc est, notorie, fertilissimum malitiæ & insanorum principiorum: indies contra Deum, justitiam & conscientiam.


scientiam augentur doctrinae : augentur nequitiae & artificia male statuenti. & pessime vivendi. Accedunt alia fundamenta epidemica : Die Grobheit, der Geiz, der Stolz und die Faulheit. Autores nonnulli pecora, et systematice felicitatem hominum in libertate male agendi ponunt. Legi vult ille S. L. C. M. qui edidit Kranzovii Mathematischen Beweis von der Glückseligkeit. Item Examen System. I. N. Schmausiani. In præloquio designat prior editum sequens scriptum Anglicanum satyricum, welches, (hæc sunt verba ipsa) unter dem Schein, das Lehr-Gebäude der Freygeister, von den Mitteln, sich glücklich zu machen, zu erklären und zu beweisen, ihre Grundsätze und Ausführung lächerlich machet. Memorat einen Brief, an ein Parlaments-Glied, worin ein Gesetz vorgeschlagen, die alten Verordnungen, die man die zehn Gebote nennet, abzustellen. Itur, per inductionem, E. gr. das Verbot wieder den Todschlag gehet diejenigen nichts an, welche drey viertel vom Adel zu erweisen im Stande sind. Wenn eine Standes-Person eine andere ehlicher Weise tödtet, begehet sie keine grössere Sünde, als wenn ein friedfertiger Bürger eine ganze Auster lebendig verschluckt. Es sind gleichfalls nur Personen, vom niedrigen Stande, denen Ehebruch untersaget ist. Sed iterum satis. Gott schelte den Satan, und trete ihn unter unsre Füße, in kurzen. Recht wird doch Recht bleiben und demselben werden alle fromme Herzen zusallen. Raro aliquid,


quid, in moralibus, scribere soleo, absque allegatione mei
HOFFMANNI. Ita igitur & ad hunc scopum scribit ille, *Lib. I.*
von der Zufriedenheit, §. 17. Ist es etwa eine Weisheit, wenn
man sich betrüget? oder, ist es eine Edelmüthigkeit, wenn man toll
ist? et §. 18. Die Thorheit hat nun beynabe sechstausend Jahre
sich vergeblich bemühet, der Lügen die Farbe der Wahrheit zu geben
und durch diesen Griff das wesentliche Gute aus der Welt zu ver-
bannen. Ihre Kühnheit hat den Abergwis halbgelehrter Narren
dazu gedungen. Meynet ihr, daß ihre Bemühung Gottes Gee-
gen in diesen letzten Zeiten haben werde? Nein, ich bin versichert,
daß GOTT und die Nature sich weder durch Gewalt noch Kunst um-
stossen lassen. Recht muß doch recht: wahr muß doch wahr: Gut
muß doch gut bleiben, wenn sich auch zehnmahl hunderttausend
Mann vereinigen, es mit Carthagen und Feuer-Mörsern umzu-
kehren. Et werden dadurch legantur ulteriora, usque ad verba:
mit seiner Fantasey machen wil. Uramus! fecimus! Ego per-
gam, Deo annuente, quamdiu labores manent illi, quos ha-
stentis tuli. Tu, VIR CONSVLTISSIME! sequere me,
et habebis Deum propitium omnesque bonos amicos. Vale!
et nunquam deponere amorem, mihi dicatum, exhibitum. Dab.
Rostochii die XXX, Iulii, anni MDCCLVIIII.



biop







gentur doctrinae: argentur nequitiae & artificia
li. & pessime vivendi. Accedunt alia fundamenta
Die Grobheit, der Geiz, der Stolz und die Faulheit.
nulli pecora, et systematice felicitatem hominum
nale agendi ponunt. Legi vult ille S. L. C. M.
anzovii Mathematischen Beweis von der Glücksee-
Examen System. I. N. Schmausiani. In præ-
nat prior editum sequens scriptum Anglica-
m, welches, (hæc sunt verba ipsa) unter dem
Lehr-Gebäude der Freygeister, von den Mitteln, sich
achen, zu erklären, und zu beweisen, ihre Grundfäse
ng lächerlich macht. Memorat einen Brief, an ein
hied, worin ein Gesetz vorgeschlagen, die alten Ver-
man die zehn Gebote nennet, abzustellen. Itur, per
E. gr. das Verbot wieder den Todschlag gehet die-
an, welche drey viertel vom Adel zu erweisen im
Wenn eine Standes-Person eine andere ehrlicher
begehret sie keine grössere Sünde, als wenn ein fried-
r eine ganze Auster lebendig verschluckt etc. Es sind
Personen, vom niedrigen Stande, denen Ehebruch
Sed iterum satis. Gott schelte den Satan, und
ansre Füße, in kurzen. Recht wird doch Recht blei-
ben werden alle fromme Herzen zufallen. Raro ali-
quid,